

www.e-rara.ch

**Testimonia de praecipuis verae et christianae nostrae religionis
capitibus, ex sacra et canonica prophetarum et apostolorum scriptura,
veterumque orthodoxorum patrum libris collecta**

Wetter, David

Sangalli, M.D.LXXIX

Kantonsbibliothek Vadiana

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-139271>

Testimonia de Praecipuis verae et christianae nostrae Religionis. capitibus, [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

TESTIMONIA.

DE PRAECIPVIS


VERAE ET CHRISTIANAE NO-
strae Religionis capitibus, ex Sacra & Canonica
Prophetarum & Apostolorum scriptura, veterumque
Orthodoxorum Patrum libris collecta, per

DAVIDEM VVETERVM,
Sangallensis Ecclesiae
Ministrum.

DE SACRA SCRIPTURA.

IN SACRIS ET CANONICIS VTRI-
usque Testamenti libris, omnia quae ad pie-
tatem et salutem sunt necessaria, exa-
cte & plenè esse exposita.

Testatur sacra scriptura.

EVTERONOM. 4. NON
addetis ad verbum quod ego precipio vobis,
neque diminuetis quicquam ex eo, ut custo-
diatis praecepta Iehouae Dei vestri, quae ego
precipio vobis. Psal. 12. Eloquia Iehouae,
eloquia munda, argentum excoelum in for-
nace terrea, defecatum septemplexiter. Psal. 19. Lex Iehouae
perfecta, conuertens animam, testimonium Iehouae fidele, sa-
pientem efficiens paruulum, praecepta Iehouae recta, letifican-
tia cor: praeceptum Iehouae purum, illuminans oculos, Psal. 119.
Lucerna pedi meo verbum tuum, & lumen semitae meae.
Prou. 30. Omnis sermo Dei purgatus, clypeus est speranti-
bus in se. Ne adilas verbis eius, ne forte increpet te, & men-
dax deprehendaris. Esa. 8. Cum autem dixerint ad vos.

A

Querite

Querite à Pythonibus, & à diuinis qui garrunt et loquuntur (dicite illis) Num populus à Deo suo requireret pro viuis, à mortuis? Ad legem & ad testimoniū: si nō dixerint iuxta verbum hoc: quia non est ei iurora. Matth. 28. Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis auctoritas in cælo & in terra. Profecti ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæ mandauit vobis. Ioan. 4. Messias cum venerit vobis, annuntiabit omni. i. Ioan. 14. Paracletus autem ille spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis. Ioan. 14. Non amplius vos dicam seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius: Vos autem dixi amicos quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Ioan. 16. Adhuc multa habeo, quæ vobis dicam sed non potestis portare modo. Quum autem venerit ille, id est, spiritus ille veritatis, introducet vos in omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audierit loquetur: & quæ ventura sunt, renuntiabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & renuntiabit vobis. Omnia quæ habet pater mea sunt: propterea dixi quod de meo accipiet, quod renuntiabit vobis. Ioan. 20. Multa igitur etiam alia signa edidit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt vt credatis quod Iesus est Christus ille filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis per nomen eius. Acto. 20. Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam, quomodo vobiscum per omne tempus fuerim: seruiens domino cum omni modestia, & multis lachrymis ac tentationibus, quæ mihi euenerunt ex insidijs Iudeorum. Vt nihil suffugerim eorum quæ nobis conducere, quin ea annuntiarim vobis, & docerem vos publice, ac per singulas domus. Testificans Iudeis simul et Grecis eam quæ erga Deum est respicientiam ac fidem, erga dominum nostrum Iesum Christum. Et postea: Non enim superfugi quo minus annuntiare vobis omne consilium Dei. Rom. 15. Quæ ante scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. 2. Tim. 3. *At tu mans in ijs quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt, sciens*

sciens à quo didiceris, & quod à puero Sacras literas nove-
 ris, qua te possunt periculum reddere ad salutem per fidem que
 est in Christo Iesu. Tota enim scriptura diuinis est inspirata
 et vilis ad doctrinā, ad redargutionem, ad correctionem, ad
 institutionem que est in iustitia. Vt perfectus sit Dei homo,
 ad omne opus bonum perfecte instructus. Apoc. 22. Enim
 uero contestor cuius audienti uerba prophetie huius, si quis
 adiecerit ad hac, imponet ei De^o plagas scriptas in libro isto.
 Et si quis abstulerit ex uerbis libri prophetie huius, auferet
 Deus partem eius e libro uite, & ex urbe sancta, & ex
 ijs qua scripta sunt in libro isto.

Consentiunt patres.

Apostoli Euangelium tunc preconiauerunt, postea uero Iren. lib. 3.
 per Dei uoluntatem in scripturis nobis tradiderunt, funda- cap. 3.
 mentum & columnam fidei nostre futurum.

Adoro scriptura plenitudinem. Scriptum esse doceat Tertul. adu.
 Hermogenis officina. Si non est scriptum timeat ne illud, Hermog.
 adijcentibus aut detrahentibus destinatum.

Nobis uero nihil ex nostro arbitrio indolgere licet, sed Tert. de Præ-
 nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Aposto- scripi. hær.
 los domini habemus autores, qui nec ipsi quicquam ex suo
 arbitrio quod inducerent elegerunt: sed acceptam à Christo
 disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaq; etiam si
 Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathema dicere-
 tur à nobis.

Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, Idem.
 neque inquisitione post Euangelium.

Solent dicere non omnia Apostolos scisse, eadem agitati Idem.
 dementia, qua rursus conuertunt, omnia quidem Apostolos
 scisse, sed non omnia omnibus tradidisse, in uiroque Chri-
 stum reprehensionem iniicientes, qui aut minus instructos, aut
 parum simplices Apostolos miserit.

Dixerat plane aliquando Multa habeo adhuc uobis lo- Idem.
 qui sed non potestis ea modo sustinere: tamen adijcens. Cum
 uenerit ille spiritus ueritatis, ipse uos docet in omni uerita-
 te. Ostendit illos nihil ignorasse, quos omnem ueritatem con-
 secuturos per spiritum ueritatis repromiserat. Et utique im-

plenit repromissum, probantibus Actibus Apostolorum,
descensum spiritus sancti.

Cyp ad Pöp. Si canalis aquæ, qui copiose prius & largiter profuebat,
contra epist. Stephani. subito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectio-
nis ratio noscatur, utrumne crescentibus venis, in capite si-
cauerit, an verò integra inde & plena procurrens, in medio
itinere desliterit? Aut si vitio interrupti vel bibuli canalisi
effectum est, quò minus aqua perseveranter, continuè ac in-
giter flueret, reseco & confirmatio canali, ad usum atq; po-
tum civitatis, aqua collecta eadem ubertate atque integri-
tate representatur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc
facere oportet Dei Sacerdotes, præcepta diuinà seruantes,
ut in aliquo si nutauerit & vacillauerit veritas, ad originè
Dominicam & Evangelicam et Apostolicam traditionem
reuertamur, & inde surgat actus nostri ratio, vnde & ordo
& origo surrexit. Nam si ad diuinè traditionis caput & ori-
ginem reuertamur, cessat error humanus, & sa. ramento-
rum cælestium ratione perspecta, quicquid sub caligine, ac
nube tenebrarum obscuru latebat, luce veritatis aperiatur.

Athan. con. Sufficiunt sancte & diuinitus inspirata scripturæ, ad om-
niam instructionem veritatis.
gentes.

Basil Serm. Si fidelis est dominus in omnibus sermonibus suis, & fi-
delia omnia mandata eius, manifesta est elapsio à fide & su-
perbie crimen, aut reprobare quid ex his quæ scripta sunt,
de sid. conse. aut superinducere quid ex non scriptis, cum Christus dixe-
rit: Oves meæ vocem meam audiunt, al. enim autem non
sequuntur, sed fugient, quia non cognouerunt vocem eius.

Hilar. lib. 12. Dei sermo & vere sapientie doctrina, quæ loquitur &
de Trinitate perfecta & absoluta sunt.

Hieron. in e. Spiritus sancti doctrina est, quæ Canonicis literis pro-
pist. ad Gal. dita est, contra quam si quid statuunt consilia nephas duco.

Hier. in cap. Quod de scriptura auctoritatem non habet, eadem faci-
litate contemnitur, qua probatur.

27. Matth. Si quid dicitur absque scriptura, auditorum cogitatio
Chrysof. in claudicat. Verum ubi est scriptura prodijt testimonium, & lo-
Psal 95. quentis sermonem, & audientis animum confirmat.

Chry. ad Tit. Manifestauit temporibus suis verbum in predicatione
hom 1. quæ credita est mihi. Hæc est predicatione. Omnia enim Euan-
gelium

gelium continet, & presentia & futura, honorem, pietatem, fidem, simul omnia predicationis verbo conclusit.

In his quæ aperiè posita sunt in scriptura, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem, moresq; viuendi, spem scilicet & charitatem.

Maximè debetis animaduertere, et memoriæ vestræ mandare, quòd contra insidiosas errores Deus voluit ponere firmiter in scripturis, contra quas nullus videtur loqui, qui quoquo modo se vult videri Christiani. Cui enim se palpandum præbisset, non illi sufficit, nisi de scripturis confirmaret cor credentium, prospiciebat enim nos futuros in quo nos palpemus, non habemus, & quod legamus habemus.

Cùm multa fecisset dominus Iesus, no omnia scripta sunt, electa autem sunt quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere visa sunt.

Ipse dominus Iesus cum resurrexisset à mortuis, & discipulorum oculis videndum, manibusq; tangendi corpus suum offerret, ne quid tamen fallacia se pati arbitrarentur, magis eos testimonijs Legis & Prophetarum, & Psalmorum, confirmandos esse iudicauit, ostendens ea de se impleta, quæ fuerunt tanto ante prædicta. Sic & Ecclesiam suam commendauit, dicens: prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientib; ab Hierusale. Hoc in Lege & Prophetis, & Psalmis esse scriptum, ipse commendatum tenemus. Hoc eius ore commendatum tenemus. Hæc sunt causæ nostræ documenta, hæc fundamenta, hæc firmitermenta. Legimus de credentibus quibusdam in Actibus Apostolorum dictum, quod quoti die scrutarentur scripturas, an hæc ita se haberent. Quas itaque scripturas nisi Canonicas Legis & Prophetarum? Huc accesserunt Evangelia, Apostolicæ epistolæ, Actus Apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Scrutamini hæc omnia.

Ecclesiam suam si possunt demonstrant, non in sermonibus & rumoribus Aforum, non in concilijs Episcoporum suorum, non in literis quorumlibet disputatorum, non in signis & prodigijs fallacibus: quia etiam contra ista, verbo domini preparati, & cauti redditi sumus: sed in præscripto Legis, in Prophetarum prædictis, in Psalmorum cantibus, in ipsius

Aug. de doc. Christ. lib. 2. cap. 9.

Idem in epi. Ioan. Trac. 2.

Idem Trac. in Ioan. 49.

Idem de Vnitate Ecclesie.

Aug. de Vn. Ecclesie.

pastoris vocibus, in Euangelistarum prædicationibus & laboribus, hoc, est in omnibus Canonicis sanctorum librorum auctoritatibus.

August. cõ. Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminensẽ, Maxim. lib. 3. tanquam præiudicaturus proferre Concilium. Nec ego huius cap. 14. auctoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum auctoritatibus, non quorumcunque proprijs, sed viriusque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratiooe concertet.

Idẽ i Psa. 57. Auferantur de medio charta nostre, procedat in medium codex Dei. Audi Christum dicentem, audi veritatem loquentem.

Cyril. lib. 12. Non igitur omnia quæ Deus fecit conscripta sunt: sed quæ in Ioan. scribentes, tam ad mres, quam ad dogmata, putarunt sufficere, vt recta fide & operibus, ac virtute vtilantes, ad regnum cælorum perueniamus, per Iesum Christum.

Theod. Eccl. Libri (inquit Constantinus Imperator, in confesse Episcoporum Concilij Niceni) Euangelistarum & Apostolorum, quin etiam veterum Prophetarum oracula planè nos instruunt sensu numinis: proinde hostili posita discordia, sumamus ex dictis spiritus explicationes questionum.

DE DEO ET TRIBVS IN vna diuinitate personis.

VNUM ESSE TANTVM VERVM ET
æternum Deum, tres autem diuinitatis ὕποστάσεις
seu personas, distinctas proprietatibus, Patrem,
λόγον seu Filium, & Spiritũ sanctũ.

Testatur sacra scriptura.

Veritas. **D**EVT. 4. Tibi ostensum est, vt scires quodd Iehouah est Deus, & non est vltra præter eum. Deuter. 6. Audi Israel, Iehouah Deus noster, Iehouah vnus est. Deut. 3 2. Videte nunc quodd ego, ego sum: & non sunt dii mecum. Iosue. 2. Iehouah Deus noster, est Deus in cælo sursum &